### JANUARY 27, ST. JOHN CHRYSOSTOM, DOCTOR OF THE CHURCH

Errors? help@extraordinaryform.org

St. John was born at Antioch in 344. He was called Chrysostom, which means "golden mouthed," on account of his eloquence. He was made bishop of Constantinople in 398, and died in 407 after suffering bitter persecution.

INTROIT Ecclesiasticus 15: 5 In médio Ecclésiæ apéruit os ejus: et implévit eum Dóminus spíritu sapiéntiæ et intelléctus: stolam glóriæ índuit eum. (Ps. 91: 2) Bonum est confitéri Dómino: et psállere nómini tuo Altíssime. Glória Patri et Fílio et Spirítui Sancto, sicut erat in princípio, et nunc, et semper, et in sæcula sæculórum. Amen. In médio Ecclésiæ apéruit os ejus: et implévit eum Dóminus spíritu sapiéntiæ et intelléctus: stolam glóriæ índuit eum.	In the midst of the Church he opened his mouth: and the Lord filled him with the spirit of wisdom and understanding. (Ps. 91: 2). It is good to give praise to the Lord: and to sing to Thy Name, O Most High. Glory be to the Father, and to the Son, and to the Holy Spirit. As it was in the beginning, is now, and ever shall be, world without end. Amen. In the midst of the Church he opened his mouth: and the Lord filled him with the spirit of wisdom and understanding.
<b>COLLECT</b> Ecclésiam tuam, quæsumus, Dómine, grátia cæléstis amplíficet: quam beáti Joánnis Chrysóstomi Confessóris tui atque Pontíficis illustráre voluísti gloriósis méritis et doctrínis. Per Dóminum nostrum, Jesum Christum, Filium tuum, qui tecum vivit et regnat in unitáte Spiritus Sancti, Deus, per ómnia sæcula sæculórum.	May heavenly grace, we beseech Thee, O Lord, prosper Thy Church, which Thou willed to enlighten by the glorious virtues and teachings of blessed John Chrysostom, Thy Confessor and Bishop. Through our Lord Jesus Christ, Thy Son, Who lives and reigns with Thee in the unity of the Holy Spirit, God, forever and ever.
<b>EPISTLE 2 Timothy 4: 1-8</b> Caríssime: Testíficor coram Deo, et Jesu Christo, qui judicatúrus est vivos et mórtuos, per advéntum ipsíus, et regnum ejus: prædica verbum, insta opportúne, importúne: árgue, óbsecra, íncrepa in omni patiéntia, et doctrína. Erit enim tempus, cum sanam doctrínam non sustinébunt, sed ad sua desidéria coacervábunt sibi magístros, pruriéntes áuribus, et a veritáte quidem audítum avértent, ad fábulas autem converténtur. Tu vero vígila, in ómnibus labóra, opus fac evangelístæ, ministérium tuum imple. Sóbrius esto. Ego enim iam delíbor, et tempus resolutiónis meæ instat. Bonum certámen certávi, cursum consummávi, fidem servávi. In réliquo repósita est mihi coróna justítiæ, quam reddet mihi Dóminus in illa die, justus judex: non solum autem mihi, sed et iis, qui díligunt advéntum ejus.	Dearly beloved, I charge thee, before God and Jesus Christ, who shall judge the living and the dead, by His coming, and His kingdom: preach the word: be instant in season, out of season: reprove, entreat, rebuke in all patience and doctrine. For there shall be a time when they will not endure sound doctrine, but according to their own desires they will heap to themselves teachers, having itching ears: and will indeed turn away their hearing from the truth, but will be turned unto fables. But be thou vigilant, labor in all things, do the work of an evangelist, fulfill thy ministry. Be sober. For I am even now ready to be sacrificed: and the time of my dissolution is at hand. I have fought a good fight, I have finished my course, I have kept the faith. As to the rest, there is laid up for me a crown of justice, which the Lord, the just Judge, will render to me in that day: and not only to me, but to them also that love his coming.
GRADUAL Ecclesiasticus. 44: 16	Behold a great priest who in his days

Ecce sacerdos magnus, qui in diebus suis plácuit Deo. Non est invéntus similis illi, qui conservaret legem Excélsi.

(From Septuagesima until Easter the Lesser Alleluia is omitted and the Tract is said instead)

# LESSER ALLELUIA

Allelúja, allelúja. Beátus vir, qui suffert tentatiónem: quóniam cum probatus fuerit, accipiet corónam vitae. Allelúja.

## TRACT Psalms 111: 1-3

Beátus vir, qui timet Dóminum: in mandátis ejus cupit nimis. Potens in terra erit semen ejus: generátio rectórum benedicétur. Glória et divítiæ in domo ejus: et justítia ejus manet in sæculum sæculi.

### **GOSPEL Matthew 5: 13-19**

In illo témpore: Dixit Jesus discípulis suis: Vos estis sal terræ. Quod si sal evanúerit, in quo saliétur? Ad níhilum valet ultra, nisi ut mittátur foras, et conculcétur ab homínibus. Vos estis lux mundi. Non potest civitas abscóndi supra montem pósita. Neque accéndunt lucérnam, et ponunt eam sub módio, sed super candelábrum, ut lúceat ómnibus qui in domo sunt. Sic lúceat lux vestra coram homínibus: ut vídeant ópera vestra bona, et gloríficent Patrem vestrum, qui in cælis est. Nolíte putáre quóniam veni sólvere legem aut prophétas: non veni sólvere, sed adimplére. Amen quippe dico vobis, donec tránseat cælum et terra, iota unum aut unus apex non præteríbit a lege donec ómnia fiant. Qui ergo sólverit unum de mandátis istis mínimis, et docúerit sic hómines, mínimus vocábitur in regno cælórum: qui autem fecérit et docúerit, hic magnus vocábitur in regno cælórum.

### **OFFERTORY Psalms 91: 13**

Justus ut palma florébit: sicut cedrus, quæ in Líbano est, multiplicábitur.

## SECRET

Sancti Joánnis Chrysóstomi, Pontíficis tui atque Doctóris nobis, Dómine, pia non desit orátio: quæ et múnera nostra concíliet; et tuam nobis indulgéntiam semper obtíneat. Per Dóminum nostrum Jesum Christum, Fílium tuum, qui tecum vivit et regnat in unitáte Spíritus Sancti, Deus, per ómnia sæcula sæculórum. Behold a great priest who in his days pleased God. There was not any found like to him, who kept the law of the Most High.

(From Septuagesima until Easter the Lesser Alleluia is omitted and the Tract is said instead)

Alleluia, alleluia. Blessed is the man that endureth temptation: for when he hath been proved, he shall receive the crown of life. Alleluia.

Blessed is the man that feareth the Lord: he shall delight exceedingly in His commandments. His seed shall be mighty upon earth: the generation of the righteous shall be blessed. Glory and wealth shall be in his house: and his justice remaineth forever and ever.

At that time, Jesus said to His disciples: You are the salt of the earth. But if the salt lose its savor, wherewith shall it be salted? It is good for nothing any more but to be cast out, and to be trodden on by men. You are the light of the world. A city seated on a mountain cannot be hid. Neither do men light a candle and put it under a bushel, but upon a candlestick, that it may shine to all that are in the house. So let your light shine before men, that they may see your good works, and glorify your Father who is in heaven. Do not think that I am come to destroy the law, or the prophets. I am not come to destroy, but to fulfill. For amen I say unto you, till heaven and earth pass, one jot, or one tittle shall not pass of the law, till all be fulfilled. He therefore that shall break one of these least commandments, and shall so teach men, shall be called the least in the kingdom of heaven. But he that shall do and teach, he shall be called great in the kingdom of heaven.

The just shall flourish like the palm tree: he shall grow up, like the cedar of Libanus.

May the holy prayer of St. John Chrysostom, Thy Bishop and Doctor, fail us not, O Lord: may it render our offerings acceptable, and ever obtain for us Thy pardon. Through our Lord Jesus Christ, Thy Son, Who lives and reigns with Thee in the unity of the Holy Spirit, God, forever and ever.

<b>COMMUNION Luke 12: 42</b> Fidélis servus et prudens, quem constítuit dóminus super famíliam suam: ut det illis in témpore trítici mensúram.	The faithful and wise servant, whom his lord setteth over his family: to give them their measure of wheat in due season.
POSTCOMMUNION Ut nobis, Dómine, tua sacrifícia dent salútem: beátus Joánnes Chrysóstomus, Póntifex tuus, et Doctor egrégius, quæsumus, precátor accédat. Per Dóminum nostrum, Jesum Christum, Fílium tuum, qui tecum vivit et regnat in unitáte Spíritus Sancti, Deus, per ómnia sæcula sæculórum.	We beseech Thee, O Lord, that blessed John Chrysostom, Thy Bishop and illustrious Doctor, may approach to pray for us, that these Thy sacrifices may bring us salvation. Through our Lord Jesus Christ, Thy Son, Who lives and reigns with Thee in the unity of the Holy Spirit, God, forever and ever.